

norum sollempnia rite ac rationabiliter possint pertractari, rector seu procurator hospitalis nunc vel in posterum existens singulis annis plebano predictae ecclesie jam vel post successum temporis existenti de pabulo, prout tribus factis (*sic*) copiose sufficit, et in rapulis et caulibus ita, quod laute videbitur contentari, ad providendum omni condicione scorsum mota erit obligatus. In cujus rei evidens testimonium presentem litteram dignum duximus scribi munitione nostri sigilli roboratam. Datum et actum anno domini m<sup>o</sup> ccc<sup>o</sup> xxviii<sup>o</sup>, septimo ydus mensis septembris.

Et nos Johannes episcopus Misnensis dei gracia presentes donaciones approbamus et auctoritate ordinaria confirmamus, in cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

10

## 74.

*Bischof Withego II. von Meißen bestätigt die Schenkung von Grundstücken an die Kapelle zum heiligen Kreuz vor dem Roßweiner Thore durch Gerdrud, die Witwe des Johannes von Einzindorf. Nossen, 1331 Aug. 4.*

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 22. Das zerbrochene S. des Bischofs mit Rücksiegel an Fäden von 15 grüner Seide, vergl. Cod. dipl. Sax. reg. II. 1 Taf. 2 No. 9, 10. Gedr.: Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 16.*

In nomine domini amen. Nos Withego dei gracia episcopus ecclesie Misnensis — Hinc est quod cum devota matrona Gerdrudis relicta Johannis de Einzindorf quosdam agros inter vias duas que ducunt in villam Wa[ll]tersdorf sitos, quorum agrorum longitudo 20 ex una parte usque ad nemus quod dicitur Tyrgarte, ex alia vero parte versus civitatem Vribergensem se extendit usque ad agros Ticzkonis Emmerici, item agros sitos prope capellam sancte crucis ante muros civitatis Vribergensis, qui ex una parte unam dictarum viarum contingunt, ex alia parte aliam viam, qua itur ad allodia in Loznicz inferiori, item alios agros sitos juxta piscinam retro fratres minores ex una parte dictam viam que 25 ducit ad allodia prefata, ex alia vero parte aquam Loznicz ad molendinum decurrentem contingentes, item quosdam agros sitos in orto ante valvam Misnensem prope molendinum proximum dicte valve extra muros civitatis Vribergensis justo empcionis et vendicionis interveniente titulo comparasset ac eosdem agros in honorem omnipotentis dei sueque genitricis Marie et precipue sancte crucis necnon in sue, fratris sui domini Gelfradi plebani 30 in Miteweide et suorum progenitorum animarum remedium salutare capelle site ante portam civitatis Vribergensis sancte crucis que dicitur porta Ruswinensis, ut ibidem qualibet secunda feria et quarta pro defunctis et sabbato omni de domina nostra misse post complecionem missarum dicte civitatis Vribergensis celebrentur et ut in ecclesia domine nostre, ubi sepulturam eligit, in presenti cum domine ipsius et fratris sui predicti 35 commemoracione qualibet tertia feria missa de sancto spiritu et omni quinta feria missa de apostolis et qualibet sexta feria missa de sancta cruce per plebanum ibidem seu suum capellanum celebrentur ac ut anniversarius ipsius et fratris sui predicti annis singulis peragantur, libere donasset: nos — omnia et singula premissa approbamus ratificamus et